

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Populus ad orationem ubique excitabatur. Hac in re nec Styrensis respublica sibi defuit, non minus enim patentes Caesaris literas quam alii respectarunt. Unde in ea urbe mane, si campana ad orationem pulsaret, lictores urbis eos, qui in plateis ex pudore orare nolebant, baculis exaepere et eos ad genuum flexionem coegere.

(*Türkenkrieg.*)

17. Septemb. frater D. *Glöselii*, homo secularis, vir de persona corporea eximius, in quo tamen femineus nimis mollis animus delituit, prae timore Vienna fugiens Waidhofium venit. Hic aliquamdiu permansit apud D. praefectum Waidhofensem, a quo usque ad hiemem perbenigne tractatus fuit. Cum vero iam omnia quodammodo tutiora viderentur, rursus sese ad iter Viennam versus contulit, sed illuc non venit. In pago enim quodam, qui *Sancta Civitas* nominatur, homo meticulosus sub quadam mensa sese ad pedem mensae in proprio suo cingulo suspendit atque ita miseram animam efflavit.

Waidhofen.

(*Türkenkrieg.*)

Hoc autem mense satis tempestive magna admodum asperitas frigoris esse incoepit, quae usque ad anni finem vel nihil vel parum omnino remisit.

Kälte.

(*Türkenkrieg.*)

Hoc eodem anno Rmi. abbatis *Martini* iussu parochialis ecclesia prope monasterium *Garstense* interius totaliter renovata est, cum antiquitus sub abbate *Udalrico* aedificari coepta esset et finita. Eadem in ecclesia lignea podia circumcirca pro hominibus ad concionem audiendam et chorum in medio templi cum organo fieri curavit, quo in choro musici comodissime ad divina officia cantare possent.

Pfarrkirche  
in Garsten.

### 1595.

Frigus, quod adhuc anno praecedenti mense Nov. acerri-  
mum incoepit, usque ad mensem Martium huius currentis  
anni perduravit, quod excursions in Ungaria facile impedivit.

Kälte.

(*Türkenkrieg.*)

Dum haec in Ungaria feliciter peracta sunt, rustici in superiori Austria adhuc mense Aug. contra suos dominos et superiores tumultuari coeperunt. Supra modum enim de nimis exactionibus suorum dominorum conquerebantur.

Oberösterr.  
Bauern-  
unruhen.